



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Diploma Arnolphi Imperatoris super Abbatia in Nidernburg Passauij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

bant multa telonia & passagia versus Bohemiam, Austriam & Bavariam, cum aliis bonis vicinis abstracta ab Ecclesia Patauiensi, Bambergensi est largitus. Et ut eandem Ecclesiam videretur placasse, particulam ciuitatis, quâ Patauiensis Ecclesia per Arnoldum spoliata fuerat, ipse restituit. Hic surgit quæstio Dominarum inhabitantium ibidem, quod non fuerit Patauiensis Ecclesiæ restituta, sed potius illis data. Quæ contentio multis annis durauit, pro eo quod inquilini sorores & nepres intrudentes in eandem, bona ipsorum suis vsibus applicabant. Hæc tamen quæstio diucius agitata nonquam potuit terminari, neque probari: cum Dominae super hoc priuilegia non haberent, unde stulti multi stulta multa loquuntur. Nam Tassilo primus Rex Baiariorum ante multa tempora Regum & Imperatorum Carolingorum Patauiensem urbem, & postmodum longo tempore eius abnepos Vtlo Dux Baiariorum ipsam restituit, cum omnibus appendiciis omni tempore ad vnam diætam, cultis & incultis, primùm Ecclesiæ Laureacensi. Vnde in tumba marmorea, in qua jacuerat ante translationem, beatus Philippus Augustorum munus, Romæ Epitaphium memini me legisse: HIC BEATVS PHILIPPVS Augustorum munus, qui donauit Metropoli Laureacensi patrimonium suum à vallo Syllano versus occidentem vsque ad flumen Lycum, in limite Danubij fluminis versus Septentrionem quolibet loco ad C. XX. miliaria legalia, & totidem versus Austrum. Nec est aliquatenus dubitandum, quod hanc massam possessionum hodie Ecclesia Laureacensi obtineret, nisi obstitisset impetus barbarorum, quorum nequitia faciente hodie status diuersarum Ecclesiarum claudicabat bonis omnibus vacuata, &c.

Diploma Arnolphi Imperatoris super Abbatia in Nidernburg Passauj.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Arnolphus Rex, Comperiat omnium fidelium presentium scilicet & futurorum industria, qualiter quidam Comes nomine Adalhart, precatus est clementiam nostram, ut cuidam homini suo Engelfrid vocato, quasdam res, quas ipse prius in beneficio habebat in Comitatu Chuncherti, in pago Thunagouue, in villa Wolfersdorff nuncupata, id est, hubam vnam in proprium donaremus. Cuius petitioni libenter, ob mercedis nostre augmentum, assensum præbentes, decreuimus ita fieri. Dedimus quoque eidem viro præscriptam hubam cum vniuersis appendiciis suis, diebus suis in proprietatem, hoc est, curtem cum casa & mancipiis, agris, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus & immobilibus, viis & iniis, accessibus & regressibus omnibusue adjacentiis illuc iustè aspicientibus, & iussimus inde hoc nostre auctoritatis fieri præceptum, per quod decernimus atque iubemus, ut jam dictus Engelfrid de his omnibus securam habeat potestatem cunctis diebus vite sue, sine vlla census stricturâ, & post obitum illius posteriori sui cum tali seruitio, sicut antea ex eadem huba priores fecerant, vnius ad potestatem monasterij sanctæ Mariæ Patauiæ constructi ex tota integritate possessionis sue redigantur. Et ut hæc auctoritas nostra firmiter habeatur & diligentius obseruetur, manu nostra subcus eam firmauimus, & annuli nostri impressione signauimus.

Signum Domini Arnolphi piissimi Regis. Aspertus Cancellarius ad vicem Deotmari Archiepiscopi recognoui. Datum VI. Idus Februarij Anno incarnat. Dñi. D. CCC. LXXXVIII. Indict. VI. Año I. regni Domini Arnolphi regis. Actum in ciuitate Regina, in Dei nomine feliciter, Amen.

Diploma